

bera: κατάχρησις verò est interdicta. Prohibita sunt non per se & absolutè, sed relatè & secundum quid, videlicet respectu abusus, ratione adorationis & cultus, & quoad opinionem meriti, sicut expresse additur: Non adorabis ea, neque coles. Lev. 26. v. 1. Non autem respectu omnis usus ac memoriae. εἰκονολατρεία est interdicta, non εἰκονοποίησις. Quo pertinet imago ænei serpentis, Num. 21. Job. 3. Qui usus ultra septingentos annos in populo Dei servatus fuit, inde usque à Mose ad Regis Hiskiaë tempora 4. Reg. 18. v. 4.

Notetur illud 1. Job. 5. 21. φυλάξατε εαυτὸς ἀπὸ τῶν εἰδώλων, cavete vobis à simulacris. Arabs vertit: à cultu imaginum: ita ut non omnem εἰκονοποιίαν suo modo & fine constantem, sed εἰδωλοποιίαν probibitam doceat.

8. Quicquid parentibus remittitur, id per generationem non transmittunt in liberos:

Atqui peccatum originis per Baptismum & pœnitentiam parentibus remittitur:

E. per